

& per quos illa à Deo ipso ad nos profuxerunt, & uberim profluunt. Quod ut explicent, comparant se tramiti aquae immensae, siue fossae, in qua derivantur aquae immensi fluvii, nec non aquaeductui de Paradiso effluentis. Quae utique similitudines deferviunt bellissimè doctrinae explicandae, quae ad multorum usum exuberet, deriveturque.

Textus enodatus, & de Christo illustratus.

2338 IN Graecis Codicibus una est dumtaxat bimembris sententia, ita legens: Ego sapientia veluti fossa de fluvio, & veluti aquaeductus exivi in Paradisum. Itaque priora illa verba versu quadragesimo, in Graeco & Syro desiderantur. Tigurina tamen legit: Ego sapientia tota effundo flumina: & quasi fossa e flumine ducta, atque ut aquaeductus in Paradisum pertineo. Syrus verò: Ego sicut fluvius, qui irrigat; & sicut Dioryx aquarum, quae descendit in hortos. Drusus, Ego illa sapientia (cum emphatico articulo) ut fossa ab amne, vel, ut fossa ducta à fluvio. Camerarius pressè: Ex me fluunt rivuli in hortos, sicut canalibus ducuntur aquae.

Græca. Tigurina.

Syrus.

Drusus.

Camera.

Fluvius Dioryx quis?

Rabanus.

2339 Non levis hic inter Expositores discretio circa eam lectionem cum Vulgata retinendam: Ego quasi fluvii Dioryx. An Dioryx sit nomen appellativum, an proprium. Proprium esse nomen cuiusdam fluminis, nonnulli credunt. Unde legunt: Ego quasi fluvius Dioryx: alii quasi fluvius Dorix; alii Dorax: & putant esse Araxim, Armeniae amnem. Audi Abbatem Fuldensem Rabanum Maurum. Ego quasi fluvius Dorix. Hunc fluvium quidam historialiter Araxim, amnem Armeniae esse putant, qui ab uno monte cum Euphrate diversa specie oritur. Dicitur autem, quod rapacitate cuncta prosterнат. Unde & cum Alexander eum transgredi vellet ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. De hoc hujus fluminis præcipiti lapsu, quo per declivia volvitur, & omnia secum aufert impedimenta, loquitur Poëtarum Princeps: Pontem indignatur Araxes. Hæc sententia licet multis displiceat, aliis tamen placet, & probabilis est, uti etiam illa translatio ex vetustis exemplaribus deducta: Ego quasi fluvius vorax: quasi flumen illud Dioryx, siue Araxes multa alia flumina, & fluenta hauriat & peribat: qua ratione Hispanè dicimus de Durio fluvio satis magno & rapido: Iò soi Duero, que todas las aguas bebo.

2340 Communis adhuc existimatio est, vocem Græcam Dioryx esse appellativam, & significare fossam e fluvio deductam, per quam transfertur aqua. Atque ita accipiunt vocem illam omnes translationes proximè datæ; & Lectio nostra Vulgata: Ego quasi fluvii Dioryx, id est, fossa ex magno fluvio deducta, vel quasi fossa aliqua, in qua derivantur aquae immensi fluminis. Unde nonnulli putant, tria illa trames, Dioryx, & aquaeductus, penè unum & idem esse, & significare. Lege Palacium, Jansenium, & Franciscum. Lucam Annotation. 272. ad ea Ecclesiastici verba. Et quidem noster Vulgatus Interpret, trames, & Dioryx pro eodem accipit; nam versu quadragesimo tertio, vocem Græcam Διορυξ, vertit trames.

Illam verò; Et sicut aquaeductus exivi de Paradiso, dicta putaveris cum intuitu ad qua-

tuor flumina Phisonem, Geonem, Tigrim, & Euphratem, quæ e Paradisi terrestris fonte oriebantur, ut universam terram irrigarent. Si autem illa tibi translationes arrideant: Exivi in Paradisum; descendi in hortos: Paradisus, siue hortus erit ille, de quo versu sequenti quadragesimo secundo. Dixi: Rigabo hortum meum plantationum.

2341 Princeps verborum sensus ille mihi est, quem in argumento præfixi. Nec dissentiant Interpretes; imò ei applaudere debent universi, utpote contextui conformior. Audiendus Fuldenis Abbas: Ergo Christus sapientia Dei effudit in mundum flumina doctrinae Evangelicæ, quæ abundantissimè reficiunt & satiant avidas mentes electorum. Palacius verò non dissimiliter: Cum Pater, inquit, flumina Evangelicæ doctrinae per Apostolos effudit in orbem, eadem cum Patre sapientia (Christum intelligit) effundebat juxta id: Pater usque modò operatur, & ego operor. Joan. capite quinto, versu decimo septimo: Interlinealis: Ego sapientia Christus effudi per mundum flumina Evangelii. Jansenius: Ego sapientia copiosam mundo exhibui doctrinam.

2342 Ut verò ostendat Christus, hanc doctrinam Evangelicam oriri à Deo Patre, uti à prima totius sapientiae origine, subdit se esse quasi tramitem aquae immensae de fluvio aliquo magno deductam; seu quasi fluvii Dioryx, quod idem est, nempe quasi alveum vel fossam immensi fluvii: ac demum ut aquaeductum de Paradiso. Christus enim, quæ Deus est, sapientia genita increata, notionalis, personalis, à Patre procedit, & accipit totam ejus essentiam, & attributa, quasi totam primi fluminis immensi aquam; & quasi totum Oceanum deliciarum de illo substantiæ Paternæ Paradiso. Quæ verò homo est, Mundi Magister & Aserior, quasi trames aquae est, quasi fossa vel alveus, & aquaeductus divinitatis, à qua, uti à primario fluvio immensae aquae, omnem suam hausit sapientiam, gratiam, & virtutem, omnem illam doctrinam Evangelicam, quam in homines, & Ecclesiam derivavit; uti apud Joannem c. septimo ipse dicebat: Mea doctrina non est mea, id est, à me non est, sed ejus, qui misit me: quia à Patre eam accepit. Ubi Chrysostomus: Suam dicit, quoniam eam docuerat; non suam autem, quoniam Patris erat doctrina. Sed hoc quod dicit; Non est mea, vehementer ostendit & sui & Patris unam esse doctrinam: ac si diceret: Nihil habeo permutatum, aut diversum; sed ita ago, ut dico, ut non aestimetur aliud quid præter Patrem dicere, vel agere.

2343 Si autem placeat illa Abbatis Fuldenis existimatio de fluvio Dioryx, seu Araxe rapidissimo, arrideat quoque ejusdem Abbatis mystica interpretatio. Sapientia (ait ille) comparat se fluvio rapidissimo, quia doctrina Salvatoris de caelesti prodiens thesauro omnia obstacula errorum atque persecutionum sua velocitate atque fortitudine dirumpit ac frangit, ita ut per ora Prædicatorum in totum orbem largissima, atque latissima distuat. Quam interpretationem bellè illustraveris ejus, quæ diximus supra ad Versum 35. in illustratione textus.

Hic etiam observa cum Palacio. Si cui placeat pro Dioryx intelligere Araxem, jam

Verborum sensus de doctrina Evangelica origine.

Rabanus.

Palacios.

Doctrinam Evangelicam Christi à Patre acceptam ad nos derivavit.

S. Chrysost.

Rabanus.

Doctrina Evangelica omnia dirumpit obstacula.

Palacios. textui

Omnis in omni Evangelica doctrina.

textui nostro lux asfertur ex Strabone dicente Araxem olim e suo fonte egressum per campum Araximum effusum, cumque inveniret locum, per quem efflueret, eum campum replevisse, tandem, facto per quem erumperet loco, in Caspium mare excurrisse. Quid lubinde deducit? Ita planè sapientia calum & Angelos velut caelestem campum implevit; inde verò in mare orbis nostri se deriva it; ut sic Jesus incarnata Dei sapientia unus in una Angelorum & hominum schola Doctor esset & Magister; de quo nonnulla diximus supra prima parte, Sectione prima.

S. Petrus Damianus.

Christus orbem per quatuor Evangelistas irrigavit.

2344 Denique ut textui de Christo illustrato nova affulgeat lux, audi sanctum Petrum Damianum sermone decimo quarto de sancto Marco Evangelista. Porrò sicut quatuor flumina ex uno Paradisi fonte procedunt, quæ totius mundi partibus insuunt, ita Beati quatuor Evangelistæ de Christo, qui fons vite, & origo est sapientiae, quasi totidem gurgites fluunt, & arenaria humanorum cordium arva doctrinae suae fluentis infundunt. Unde vir sapiens Ecclesiastici vigesimo quarto, qui implet quasi Phison, &c. Et paulò post: Ego sapientia effudi flumina, &c. Christus itaque Sapientia Patris, qui de Paradiso per assumptam humanitatis mysterium exivit, hortum suum, id est, Ecclesiam, per quatuor Evangelistas, tanquam per totidem caelestis doctrinae fluvios, irrigavit. Quò spectat illud Ecclesiastici capite primo, versu quinto. Fons sapientiae Verbum Dei in excelsis; & ingressus illius mandata aeterna. Nam sanctus Bernardus sermone de Aquaeductu de sapientia Evangelica explicat, cujus fons est Verbum incarnatum: quod per carnem assumpta ingressum est in orbem, cui dedit mandata aeterna, præcepta nempe Evangelica, quæ ultima & præcipua lex est æternitatis duratura ut quæ cultores suos beatae æternitati transcriberet.

TEXTUS ILLUSTRATIO

De Beatissima Virgine.

SECTIO VII.

Evangelica doctrina fluxus per Deiparam: ipsa est Christianae sapientiae trames, & aquaeductus.

Deipara Mater fluminum Evangelicorum.

Rupert.

2345 Spectant quoque procul dubio ad Virginem Matrem illa eadem Siracidis verba, qui Deiparam sic in primis loquentem inducit: Ego sapientia effudi flumina. Vel de præsentis etiam Tota effundo flumina. Utique quasi Mater fluminum; cum Mater sit incarnatae Sapientiae Jesu, à quo omnis sacra doctrina, totaque ipsa Evangeliorum flumina ortum trahunt, & abundè profluunt, uti à Paradisi fonte quatuor illi celeberrimi fluvii, de quibus supra. Audias hic Rupertum in caput quartum Canticozum, versu decimo quinto. Sicut in initio fons ascendebat de terra, irrigans universam superficiem terrae: sicut, inquam, fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita; sic exte, d terra benedicta, fons ille ascendit, qui apud Deum erat; non initium habens exte, sed d: corde Patris per occultas vias, cum omnibus Scripturis veritatis veniens in te, &

æternum Sapientia fontem faciens in te, atque hoc modo ascendit ex te. Ad quid ascendit? Utique ad irrigandam superficiem terrae, ad instruendam Ecclesiam per universum orbem terrae. Ad hoc, inquam, exte initium accepit sacrum Evangelium, ut per universum mundum spiritualem irriget paradisum. Bellissimè explicat, qua ratione Beata Virgo Mundo effuderit Evangelica flumina; quatenus scilicet Christum nobis gignens & effundens, sacramenta facta sit omnium divinarum Scripturarum, totiusque Christianae Sapientiae, & doctrinae, quæ ab ipsa initium accepit, & per totum orbem spatiosa est.

2346 Neque hinc abeas, quin observes cum eodem Rupert. o ibidem. Aqua supra naturam salsa erant, & amara; ascendendo autem per illam quasi terram mammam, scilicet Paradisiacam terram, versa sunt in dulcedinem, ut irrigarent universam terram superficiem. Et inter aquas ceteras, quæ ex illa mamma dulcorem acceperunt, illa flumina Gion, & Phison, Tygris, & Euphrates præcipua sunt. Etenim Lex Mosaica, ejusque doctrina facta valde & amara era; quia onerosa admodum & terribilis, sexcenta & tredecim præcepta continens; minarum atque formidinis servitutis atque timoris lex; ut la. è probat noster Sherlogus ad caput primum Canticozum, versu primo, in explanatione mystica. Ut verò antiqua hæc lex hominibus dulcesceret, deponi à acri falsedine, & amaritudine, & tota novi Testamenti, seu Evangelicæ Legis dilectio, & suavitas in veteri contenta, per orbem universum efflueret; in Deipara per novem menses quasi stagnavit, & ab ea veluti à suavissima terræ mamma, seu Paradisiacæ terræ, ad nos descendit in quatuor Evangelii fluvios divisa: Per illam terram mammam versa sunt in dulcedinem. Ubi enim æternum Dei Verbum, fons sapientiae in excelsis, ex Maria caro factum est, sic ex ea dulcissima misericordiae viscera accepit, ut Evangelicum ejus Verbum totum dulcescat.

2347 Hoc illud esse putaverim, quod nimio desiderio desiderabat divina Sponsa Canticozum primo, versu primo. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Ex Hebræo legas: Erudiat me eruditione oris sui. Exoptat Christum Didascalum, qui non jam per Moysis & aliorum Propheatarum ora loquatur, sed ipse ipse, quem illi loquebantur, ipsemet loquatur. Ita Origenes, Bernardus, & alii interpretantur. Dat causam continenter: Quia meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Nonnulli, ut Origenes observat, vertunt: Meliores sunt loquelæ tuæ super vinum. Quod sic præclare Haymo, & ex illo Sanctus Thomas explicant: Per ubera Christi, & dulcedo Evangelii intelligitur, qua velut lacte nutritur infantia credentium. Vinum austeritatem legis significat: sed ubera Christi meliora sunt vino, quia dulcedo Evangelii melior est austeritate legis. Sed unde, quæso, tanta Evangelicæ doctrinae dulcedo? Unde veteris legis austeritas in suavitate versa? Certè à Maria, & per Mariam, à cujus uberibus & Christus quodammodo ipse & ejus doctrina lacte dulciores fluunt. Alanus enim verba illa refert ad Virginis ubera, quæ propinarunt lac Christo, de quibus in Evangelio Lucae undecimo; Beatus venter, qui te paravit.

Rupertus.

Vetus Dei doctrina amara nimis, nunc per Mariam lactescentem.

Cant. 1. 46

Dulcedo Evangelii via glicæ doctrinae Mariae ubera.

S. Thomas

Alanus



Hailgrinus. *cauit, & ubera, quae suxisti.* Et Hailgrinus Cardinalis ibidem: *Postquam Deus de Maris uberibus bibit, ac si cum lactis dulcedine, dulcedinem bibisset misericordia, factus est largus ad dandam peccatorum veniam.* Deus quidem, olim amarus & terribilis, amaraque ejus ac terribilis Lex, à Deiparae Matris uberibus dulcedinem trahunt & suavitatem ex Evangelica doctrina profluentes, quae jam non austerum vinum, sed lac dulcissimum extat.

Mariae Ecclesiae Magistra. 2348 Rursus, Patrum suffragiis satis superque stabilitum est; Mariam, post Christi ad caelos discessum, Apostolorum & Evangelistarum Magistram fuisse, per quam ipsi mirabiliter eruditi. *Ascendente Christo, remansit Magistra Doctorum Ecclesiae, Apostolorum, & Evangelistarum:* aiebat sanctus Antoninus 4. pag. titulo decimo quinto, capite vigesimo secundo §. nono. Et sanctus Hieronymus sermone de Assumptione, tomo nono. *Ipsa de multis mysteriis informavit Apostolos, & Evangelistas.* Et à sancto Bonaventura in Hymno, *Te Matrem Dei laudamus, appellatur Deipara Doctrix Apostolorum, & Magistra Evangelistarum.* Et pius ille Idiota libro Contempl. de Beata Virgine, loquens de Luca Evangelista; *Evangelii seriem à te Maria didicisse traditur.* Hinc Rupertus libro primo de gloria & honore Filii hominis, & libro primo in Cantica, Virginem vocat *fidei, ac religionis Magistram.* Et licet Apostoli, & Evangelistae à Spiritu sancto immediate fuerint edocti Joan. capite decimo quarto, versu decimo sexto, cum Deipara eminentius & manifestius Evangelicam doctrinam penetraverit, & uti Bernardus loquitur sermone in caput duodecimum Apocalyp. *profundissimam divinae sapientiae, & ultra quam credi valeat, penetravit abyssum;* potuerunt illi edificere à Matre Virgine quasi ab interprete & lingua Spiritus sancti. Ut enim argute Rupertus libro primo in Cantica. *Vox tua, ô Virgo, vox illis fuit Spiritus sancti, quidquid supplementi opus erat eisdem mortalibus, vel testimonii ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem Spiritu, ex religioso tuo ore perceperunt.* Vide quae supra statimus 1. p. Sect. 2. de mirabili Deiparae sapientia & magisterio. Quod si plura hac de re exoptas, consule è nostris *Canisum* libro quinto de Deipara, capite primo. *Castro* in Historia Virginis capite decimo octavo. *Spinelum* capite decimo nono. *Sherlogum* in caput primum Canticor. versu nono in Explanat. mystica Sect. unica. & *Celada* in Judith, in Tract. appendice de Deipara §. 15. & 16. ut abunde appareat, quo jure de se Virgo praedicet: *Ego sapientia effudi flumina.*

2349 Deinde subdit: *Ego quasi trames aquae immense de fluvio: ego quasi fluvii fossa, & sicut aqueductus exivi de Paradiso.* Explicat qua ratione, uti Dei Sapientia, Evangelicae doctrinae, & Christianae sapientiae fluenta effuderit: nempe ut trames, ut fossa aliqua, ut aqueductus, per quos aquae immensi fluvii derivantur. Etenim ipse Deus ad instar est immensi fluvii, seu immensa aquae de fluvio deductae. Hujus fluvii trames, fossa, & aqueductus Maria extitit; quandoquidem ipsa in utero suo divinam Sapientiam personalem, Verbum nempe divinum excepit, peperit, & ad homines transfudit. Ut enim

Sanctus Anselmus Homilia super illud, *Intra S. Anselm. vit Jesus, sapienter ratiocinatur: Christus est, ut ait Apostolus, Dei virtus, & Dei sapientia; & in eo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei absconditi: Christus autem in Maria. Ergo & Dei virtus, & Dei sapientia, & omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei in Maria.* Igitur ex Maria & per Mariam omnis illa, quae à Christo profluit Evangelica doctrina, & Christiana Sapientia. Plenitudo enim sapientiae in Christo est, quasi in primario fonte; in Deipara verò, uti in alveo, tramite, & aqueductu transfundente.

2350 Audiendus hic Bernardus sermone S. Bernard. D. de Aqueductu in Nativitate Mariae. *Fons vitae Christus Dominus, &c. Derivatus est fons usque ad nos. Descendit per aqueductum vena illa caelestis, non tamen fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiae arenibus cordibus nostris infundens. Plenus quidem aqueductus, ut accipiant ceteri de plenitudine; sed non plenitudinem ipsam.* Subtexit paulò post: *Propterea fluenta gratiae desierunt, quòd necdum intercederet is, de quo loquimur, tam desiderabilis aqueductus.*

SECTIO VIII.

Exortus Deiparae felicissimus celebratur sub Metaphora vitalis fluminis exundantis.

2351 Summoperè placet, quoad praesens Satinet institutum, illorum mens, qui putant sic legendum, & explicandum: *Ego quasi fluvius Dioryx, dorix, seu vorax exivi de Paradiso, vel in Paradisum:* & celebrari sub Araxis fluminis rapidissimi & exundantis typo primum Virginis exitum, primamque in lucem editionem; jam extunc in immensum effulam gratiarum suarum affluentiam, quam à primo Conceptionis momento hausit ac perbibit, aperientis. Uno Verbo dicam: *Deipara in exortu suo fluvius vita rapidissimus & inundans.* Enascitur Deipara ut fluvius vitae, qui praearquarum copia intra claustra contineri nequit. *Nace como Rio de via que sale de Madre.* Sic Beatam Virginem compellat sanctus Andreas Jerosolym. Patriar. Oratione secunda de Assumptione Mariae, *Fluvium perennis vitae.* Res tota accuratè illustrabitur, si duo praesertim expendantur. Primum, unde hic fluvius vivam & perennem trahat scaturiginem suam. Secundum, quanam, quantaque ex hujus fluminis exortu, & profluxu commoda caelis terrisque delata.

2352 Atque in primis originem hujus fluvii perscrutantibus statim occurrunt montes, *harere, Hebraicè dicti, id est, generationes, conceptiones, à verbo harar, id est, generare, seu concipere: quod ex illis fontes, & flumina generentur, concipiuntur.* Unde montes perinde erunt, atque generantes, concipientes. Ecce tibi quadraginta duas generationes, totidemque Christi & Mariae progenitores, quos Matthaeus capite primo recenset: *Liber generationis Jesu Christi; &c.* Totidem montes esse dixeris, unde exorta Virgo est. Psalmo vigesimo nono; *Domine psalm. 29. praestitisti decori meo virtutem.* Aquila transfert monti meo. Symmachus verò; *progenitori meo.* Et Genesis 49. *Benedictiones Patris Genes. 49. tui confortatae sunt benedictionibus Patrum ejus. LXX. efferunt: confortatae sunt super benedictionem*

montium stabilium. Sed ad rem maximè nostram Mariae proneptis suae exortum: *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Ex Hebraeo sic legas: *Principium, origo ejus in genitoribus sanctis, sive in generationibus sanctis.* Qua id ratione, explicò S. Hieronymi verbis in c. 10. Ecclesiastes. *Christus filius ingenitorum, de Abraham, Isaac, & Jacob, Prophetarum quoque, & sanctorum stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum; & ob id vere fuerunt liberi, ex quibus nata est Virgo liberior sancta Maria.* Ex his sanctissimis montibus suam trahit Deipara originem, uti fluvius clarissima & limpidissima aquae arcano novae generationis Sacramento. Licet enim aliis ipsimet Virginis Progenitores fuerint primigenii veneni corruptione tacti; adhuc tamen quatenus Marianae generationi inserviebant, montes sanctitatis erant, nihil ex originali illo lethali contagio in Mariae conceptionem tradentes: quippe ut sapienter dictum ab Anselmo est lib. de Exordio Mundanae salutis: *Si quid originalis peccati in propagatione Matris Dei extitit, propagantium, & non propagatae prolis fuit.*

2353 Sed altius repetenda est Mariani fluminis origo: ab ipso nempe Deo, à caelesti Paradiso suum trahere exortum, ipsa faetur: *Ego quasi fluvius Dioryx exivi de Paradiso.* Ut enim praclare S. Petrus Dam. ser. 2. de Nativ. B. Virgo licet generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit amplioris excellentiae genus, qui de illa est novo nascendi genere procreatus. Hic spectant bellissimè dicta supra 2. p. Sect. 11. ubi statuimus Deiparam in suo conceptu remulatricem extitisse aeternae divini Verbi generationis. Et praesertim illud premas, quod de Jordanis origine ibidem observavimus pro purissima candidissimaque Virginis generatione ex arcana Dei praedestinantis sapientia, atque eligentis ardentissimo amore, tanquam ab uberrimo gratiarum primario fonte, ore, & corde. Verè Deipara, ut aiebat S. Dionys. Alexan. in Epist. contra Paul. Samosatenum, *Una & sola vita filia:* verè fluvius perennis vitae ab ipsomet Deo totius vitae scaturigine, per deputatissimos montium canales primam repetens originem.

2354 Cum haec ita sint; quid mirum si hoc vitale flumen in suo claro ac manifesto ex Annae visceribus exortu ad instar fuerit copiosissimi & exundantis fluvii? Jam enim tunc magna gratiarum fluenta hauserat, & ebiberat, collectis undique sanctitatis rivis, sive sanctorum fluminibus; Ut alter fluvius Dorex, seu vorax, esse videatur: *Yo soy Duero, que todas las aguas bebo.* Quòd revoces S. Bonaventurae verba in speculo c. 3. *Omnia flumina intrant in mare; dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam.* Flumen enim gratiae Apostolorum intrat in Mariam: flumen gratiae Prophetarum & Patriarcharum intrat in Mariam: flumen gratiae Virginum intrat in Mariam; & flumen gratiae Confessorum intrat in Mariam. Satis ex re. Nec minus luculenter & opportunè sapientissimus Idiota in Contempl. Virginis c. 1. sic Mariam alloquens: *Nec defuit tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non scientia Prophetarum, non*

2355 *P. Ildeph. de Flores in Eccles.*

zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non innocentia, & humilitas virginum. Omnia omnium Sanctorum privilegia in te congesta.

2355 Miraris hoc? Audi quod magis admireris. Vel illud immensa aquae flumen, ipsa nempe plenitudo divinitatis in Christo habitans corporaliter ad Mariam confluit, ut ad nos deflueret. Nam unicum aeterni Patris Filium, è Genitoris pectore, uti immensum fluvium è fonte immenso procedentem, Maria intra propria viscera, ut prolem quoque suam, tam arctè sibi adfoeciavit, ut supra omnium creaturarum conjunctionem, Virgini conjunctior sit ipse Deus per unius naturae identitatem, ut loquitur S. Petrus Damian. serm. de Nativitate. *Fluvium ventris Mariae, corporatum Verbum appellat S. Bonaventura in speculo cap. 9. Plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excepit, ait S. Bernardus serm. de Aqueductu in Nativitate Virginis, loquens de illa. Et S. Andre. Jerosolym. in sermone de Annuntiatione Virginis: Qui totus superne in sinu Patris est, infernè autem totus tecum in utero tuo est. Ille ipse tecum, & intra te est; preveniendo enim, te influit, ac tuum superingressus est corpus.* Hinc Deiparam immensa aquae, fluvium appellaveris; in immensum enim aucta ejus gratia est ex mensura Maternitatis. Sic loquuntur S. Epiphanius sermone de Laud. Virginis, S. Anselmus de Excellentia Virginis cap. 8. S. Damascenus Oratione prima de Nativitate Mariae. *Lege signatim S. Bonaventuram in Speculo c. 5. ubi de immensitate gratiae Marianae; in qua expendit quadruplicem dimensionem, celsitudinem, latitudinem, longitudinem, & profunditatem, quam sola divini intellectus vis exhaurire, aut pervadere potest.*

2356 Fertur Narcissus Deus, cum in pellucida fluminis unda speciem suam expressam intueretur, tanto ejus amore exarsisse, ut sui ipsius potiundi desiderio in undam ipsam sese dejecerit. Certè, Deus ipse in Mariam intuens, quasi in fluvium candidissimum; & in ea imaginem suam perfectissimè descriptam inspicens, ita se ipsum longè ardentius in Virgine, quam in ceteris simul creaturis dilexit, ut sui perfruendi gratia in ejus viscera sese dederit, ac demiserit. Hic revoces illud Apocalyp. vigesimo secundo, versu primo: *Et ostendit mihi fluvium aquae vitae splendendum tamquam crystallum procedentem de sede Dei & Agni.* Mariam hic fluvius designabat à Deo, uti ab origine sua procedentem; nam emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, Sapient. 7. *Ut fluvius dicitur procedere totus crystallinus, purus, ac deterfus, ad instar puri ac deterfi speculi: cumque ex sede Dei & Agni procederet, non poterat non Agnus ille imaginem suam in eo expressam intueri: nec fluvius ipse poterat Dei Agni speciem non excipere ac reddere. Quid tandem? Ille ipse Agnus, quem nimio opere homines exoptabant clamantes: Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terra, imaginem suam in Virgine Deipara perfectissimè redditam contemplans, in purissima Mariae viscera sese dejecit: Se arrojo al agua: ut qui erat aeterni Patris Filius: (el agnus Dei del Padre, el tison de supcebo) fieret Mariae proles, & corporatus Dei Agnus qui tollit peccatum Mundi, descendens usque ad Crucis ignominiam, & inferiores partes*

2356 *Apoc. 22. 1. Et ostendit mihi fluvium aquae vitae splendendum tamquam crystallum procedentem de sede Dei & Agni.* Mariam hic fluvius designabat à Deo, uti ab origine sua procedentem; nam emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, Sapient. 7. *Ut fluvius dicitur procedere totus crystallinus, purus, ac deterfus, ad instar puri ac deterfi speculi: cumque ex sede Dei & Agni procederet, non poterat non Agnus ille imaginem suam in eo expressam intueri: nec fluvius ipse poterat Dei Agni speciem non excipere ac reddere. Quid tandem? Ille ipse Agnus, quem nimio opere homines exoptabant clamantes: Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terra, imaginem suam in Virgine Deipara perfectissimè redditam contemplans, in purissima Mariae viscera sese dejecit: Se arrojo al agua: ut qui erat aeterni Patris Filius: (el agnus Dei del Padre, el tison de supcebo) fieret Mariae proles, & corporatus Dei Agnus qui tollit peccatum Mundi, descendens usque ad Crucis ignominiam, & inferiores partes*

2356 *Apoc. 22. 1. Et ostendit mihi fluvium aquae vitae splendendum tamquam crystallum procedentem de sede Dei & Agni.* Mariam hic fluvius designabat à Deo, uti ab origine sua procedentem; nam emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, Sapient. 7. *Ut fluvius dicitur procedere totus crystallinus, purus, ac deterfus, ad instar puri ac deterfi speculi: cumque ex sede Dei & Agni procederet, non poterat non Agnus ille imaginem suam in eo expressam intueri: nec fluvius ipse poterat Dei Agni speciem non excipere ac reddere. Quid tandem? Ille ipse Agnus, quem nimio opere homines exoptabant clamantes: Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terra, imaginem suam in Virgine Deipara perfectissimè redditam contemplans, in purissima Mariae viscera sese dejecit: Se arrojo al agua: ut qui erat aeterni Patris Filius: (el agnus Dei del Padre, el tison de supcebo) fieret Mariae proles, & corporatus Dei Agnus qui tollit peccatum Mundi, descendens usque ad Crucis ignominiam, & inferiores partes*